

1.

Tractatus iste super musicam composuit venerabilis magister Philippus de Vitriaco.

Omni desideranti notitiam artis mensurabilis musicae tam novae quam veteris optinere (sic)[obtinere] certas hic rationes praesentes sub brevi compendio pro posse meo propono fideliter adsignare. Cum antiquitatem per Franconem notum est omnibus tradidisse novitatem, quae per Philippum in maiori parte subtiliter invenisse, et quia voces seu notulas proportionabiliter oportet omnes in hoc opere mensurare prout longae vel breves semibreves ac minimae figurantur, ergo ad figurationem et valorem ipsarum breviter procedamus.

2.

Longa sub forma quadrata figurata habens tractum a parte dextra, descendente vel adscendentem, vel duos quorum dextram (sic)[dexter] excedit in longitudine sinistram. Et tunc illa nota dicitur plica longa et valet tria tempora in modo perfecto, duo autem in imperfecto.

3.

Modus imperfectus est ipsas breves vel tempora vel (sic)[per] numerum binarium computare dicitur imperfectus eo quod numerus binarius est imperfectus. Numerus vero ternarius est perfectus assumptus a trinitate, scilicet, pater, filius, et spiritus sanctus ubi est summa perfectio.


4.

Modus perfectus cognoscitur per pausas, quando pausae inter longas sunt perfectae vel quando de longa usque ad aliam longam per numerum ternarium melius quam per binarium tempora computantur ut hic patet inferius.



5.

Item longa licet valeat tria tempora in modo perfecto, sicut dictum est tamen tribus imperfectitur, videlicet quando sola brevis sequitur, aut praecedat, vel quando plures quam tres breves ipsam sequuntur similiter imperfectitur ut hic.




6.

Si autem duae vel tres breves tantum sequuntur ipsam longam a#[Page 57v]# nulla sola brevi praecedente, a qua posset imperfici, perfecta est longa ipsa, nisi punctus divisionis ponatur inter primam brevem et secundam, vel inter primam et alias subsequentes.

7.

C.¹ Item longa ante longam in modo perfecto perfecta est. Et longa postquam punctus qui dicitur perfectus immediate ponitur similiter perfecta in modo perfecto ut hic.




8.

Est quaedam alia nota sub forma quadrata habens tractum a parte dextra, vel duos quorum dexter et contra, sicut ipsa longa, sed in duplo est latior ipsa longa, et tunc ipsa nota dicitur duplex longa, et valet 6sextempora in modo perfecto, et quatuor in imperfecto. Et imperficitur duobus modis tantum, videlicet, a sola brevi sequenti non praecedenti, sicut inferius hic probabo, vel quando plusquam tres breves sequuntur ipsam duplicem (sic)[duplicem], et tunc

¹ The scribe did not begin a new paragraph here, either by error or because of space constraints, and so inserts this letter C here to indicate the beginning of a new chapter.

non valet nisi quinque tempora, ut hic patet.




9.

Breves sub forma quadrata figurantur carens omni tractu.

Si vero habent tractum a parte sinistra, vel duos, quorum sinister sit longior dextro tractu, tunc prima nota, plica brevis


appellatur, et valet tres semibreves in tempore perfecto. Tempus semibrevium perfectum, est trium semibrevium assumptio pro qualibet brevi vel proferendo

valorem ipsarum, vel ipsius perfectionis numerando, tempus imperfectum est, # [Page 58r]# quod valorem tantum semibrevium numeratur, variatur, et mensuratur, ut hic.



10.

Item brevis imperficitur tribus modis, videlicet quando sola semibrevis ipsam sequitur, aut praecedit, vel quando plures quam tres semibreves ipsam similiter subsequuntur ut hic.




11.

Et si duae vel 3 est restantum sequuntur nulla semibrevis praecedente, sola

praedicta dicitur talis brevis, nisi punctus divisionis ponatur, inter vel secundam et primam semibrevis, vel inter primam et alias subsequentes.


Item sicut longa ante longam perfecta est. Ita brevis ante brevem dicitur perfecta, cum punctus immediate positus perficit ipsam brevem tempore imperfecto, nisi per divisione modi forsitan assignetur, ut hic.



12.

Item brevis imperficitur dupliciter (sic)[dupliciter], videlicet a sola minima sequenti.


Et non a praecedenti, vel a pluribus quam tres ipsam brevem sequentibus, licet multi teneant quod brevis imperficiatur a parte praecedenti per minimam, et duplex longa imperficiatur a brevi similiter praecedenti. Dico quod falsum est. Nam brevis ipsa non imperficiatur a minima, quantum ad totum cum minima non subiciatur brevi, immo semibrevis. Ergo quantum ad partem quae est semibrevis, ex hoc arguo, quotienscumque brevis imperficiatur, a minima non imperficiatur, quantum ad totum, sed quantum ad partem. Videlicet, ad semibrevis, et ita ad semibrevis quam semibrevis, et longa ante longam nunquam possunt perfici a parte praecedenti propter partem subsequentem, ut hic.



13.


Item brevium quaedam recta et quaedam altera, nuncupatur, recta valet unum. Altera vero duo. Unde quotienscumque duae breves inveniuntur inter duas longas, prima recta est, alteraque secunda, et vocatur altera, quia alteratur. Nam sua (sic)[alteratur natura sua]cum ipsa brevis naturaliter tantum unum

tempus valet et duo quotiens alteratur. Item quando duae breves reperiuntur inter punctum divisionis et longam, vel inter longam et punctum, secunda similiter alteratur, ut hic.




14.

Semibrevis ad modum corporis obliqui figuratur quae valet tres minimas in maiori prolatione, duas autem in minori prolatione. Multi ignorantes dicunt quod semibreves semper valere tres minimas. Sed hoc est contra Franconem, qui dixit, mentione facta de longis et semibrevis et de similibus. Idem iudicium habeatur quod in longis et in brevibus invenitur perfectum et imperfectum, per distinctionem modi tempus. Ita dico quod quod (sic)[quod]semibrevis idem est invenire per distinctionem maioris prolationis et minoris. maior prolatio est larga, vel lata mensura, dans unicuique semibrevisi tres minimas vel valorem. Minor prolatio est, brevis et modica mensura sub qua duae minimae pro semibrevisi, tantummodo possunt proferri, ut hic.




15.

Inde (sic)[Item]semibrevis imperficitur 3ibus modis sicut brevis et longa, videlicet quando sola minima ipsam sequitur aut praecedit, vel quando plures quam tres sequuntur minimae, sicut de longa et brevi superius est dictum, ut hic.



16.

Si vero duae minimae tantum, tres vel ipsam sequuntur, nulla sola minima praecedente, perfecta est, nisi punctus divisionis ponatur inter primam, et secundam, vel inter primas et alias, si fuerint subsequentes, ut hic.




17.

Item semibrevis alteratur contra sicut brevis scilicet quando duae semibreves inveniuntur


#[Page 59r]#

inter duas breves, vel inter punctum divisionis et brevem, vel inter punctum et brevem, (sic)[brevem et punctum,]ut hic.



18.

Minima, tot modis alteratur, unde ratio alterationis est ista, quia ubicumque naturale aliquid deest, artificialiter debet reparari, aut remanebit imperfectum, sed quando duae breves solae inveniuntur, vel duae semibreves, et idem de minimis deficit. Ubi trinitas, ibi perfectio, ergo necesse est primam reparare, videlicet, per alterationem unius illarum, scilicet secundae. Si dicatur una illarum brevium potest esse longa imperfecta, dico quod non. Quia propter longam sequentem, necesse esset ipsam esse perfectam per regulam supradictam, longa autem et contra. Unde brevis alteratur ad modum perficiendum, semibrevis ad tempus, et minima a perfectione, quod modus, tempus, vel prolatio, hic similiter sunt perfecta, ut hic.



19.

Et nota est quod duplex est punctus de plurimum supradixi, est punctus perfectionis, qui semper perficit longam in utroque modo, et brevem in utroque tempore, et semi brevem in utraque prolatione. Est autem aliquis punctus divisionis, et ille punctus imperficit longam, dividendo breves, et imperficit brevem dividendo semibreves, et imperficit semibreve dividendo minimas²

20.

C.³ Unde videndum

est quomodo cognoscitur punctus ille divisionis a puncto perfectionis, cum unus habeat imperficere figuras, et alius perficere, sicut dixi. Ubicumque punctus ponitur post longam, perfectionis esse dicitur; quando vero post minimam, ponitur pro divisione

tunc adsignatur. Et nota est quod triplex est divisio, et triplex est perfectio, videlicet, modi, temporis, et prolationis.

² no written in margin


³ There is no line break here, but the letter C indicates a new paragraph

21.

C.⁴ Item si punctus ponatur inter duas breves, debet dividere modum, nisi forte breves essent de tempore imperfecto, post quas aliqua semibrevis sequeretur sola, quae in cincopam reducitur ad praedictam brevem puncto perfectionis punctuatam.


22.

C.⁵ Si autem punctus ponatur immediate post brevem semibrevis sola sequente pro perfectione temporis, dicitur semper esse. Item si punctus ponitur post semibrevis, dicitur pro perfectione prolationis, videlicet semibrevis. Atque si post semibrevis illam punctuatam sequeretur tunc semibrevis, pro divisione temporis assignatur, nisi forte semibrevis semibrevis ille sint de minori prolatione, post quas sequeretur aliqua sola minima quae reducitur ad semibrevis praedictam, puncto perfectionis punctuatam per cincopam et sic apparet qualiter cognoscitur unus punctus ab alio, ut hic. #[Page 59v]#



23.

Cum duplex sit modus, tempus, et prolatio, sicut dixi. Videndum est de signis per quae distinguitur quadrangulus cum tribus tractulis ponitur pro modo perfecto, quadrangulus vero cum duobus tractulis pro modo imperfecto ponitur ut hic.




24.

Circulus ponitur pro tempore perfecto. Semicirculus pro tempore imperfecto ut hic.


⁴ There is no line break here, but the letter C indicates a new paragraph

⁵ There is no line break here, but the letter C indicates a new paragraph




25.

Sicut est dare distinctionem per signa, inter modum perfectum, et imperfectum. Ita est dare aliqua distinctio inter maiorem prolationem et minorem, si contingat illam variare bene dico quod in signo temporis illius cuius fuerit superius assignato debent poni tres puncti pro maiori prolatione, duo autem pro minori, ut hic.




26.

Item modus, tempus, et prolatio, per rubeas distinguuntur figuras. Unde quodcumque rubea ponitur longa, ponitur ad dextram. Ita quod si nigrae fuerint de modo perfecto, rubeae erunt erunt (sic)[erunt] de modo imperfecto et e contrario ut hic.




27.

Breves ponuntur rubeae ad differentiam temporis. Ita quod si nigrae breves fuerint de tempore perfecto, rubeae erunt de imperfecto, et e contrario. Nisi cum aliqua forsitan ordinetur, sicut in motu tenore qui dicitur in arboris, vel in tenore de In nova fert animus, ut hic.




28.

Semibreves rubeae ponuntur ad differentiam prolationis ut si nigrae fuerint de maiori prolatione rubeae erunt de minori, et e contrario. Nisi semibreves forsitan cum aliqua brevi ordinetur (sic)[ordinentur], quia tunc ponentur ad differentiam temporis (sic)[prolationis], sicut in tenore de In arboris invenitur ibi.




29.

Sincopa est divisio cuiuscumque figurae ad partes separatas quae ad invicem reducuntur perfectiones numerando, et tripliciter videlicet in modo, tempore et prolatione. Si fiat in modo, aut fiat in modo perfecto aut imperfecto. Si in modo perfecto, tunc est reperire tres semibreves separatas. Vel valorem pro longa, vel unam brevem cum una pausa duorum temporum quae reducat ad hanc brevem (sic)[brevem]. Si autem fiat in modo imperfecto, tunc est reperire breves tantum separatas quae perfectiones modi numerando reducuntur ad invicem, ut hic.



30.


Si autem fiat in tempore fiat aut in tempore perfecto aut imperfecto. Si fiat in tempore perfecto, tunc brevis dividitur in tres semibreves separatas tantum, vel valorem quae similiter ad invicem reducuntur, vel ipsa puncto perfectionis punctuatur cuius tertia pars ad aliquam semibreve solam ad ipsa (sic)[ipsam] reducitur separata ut hic.



31.


Similiter in prolatione, fit duplex aut in maiori prolatione aut in minori. Si autem in maiori, tunc est invenire tres minimas per semibreve separatas quae numerando perfectiones prolationis ad invicem reducuntur. Si autem fiat in minori prolatione, tunc est invenire duas minimas tantum

pro semibreve separatas qui (sic)[quae]numerando perfectiones ipsius prolationis ad in vicem reducuntur ut hic.




32.

Ligaturarum alia ascendens, alia descendens. Et quia ars loquitur de primis, mediis et ultimis earum, idcirco de primis et ultimis ligaturae descendentes, primo videamus sicut dicit ars prima descendens sine tractu longa est, sed si habuerit tractum a parte sinistra descendentem, dicitur esse brevis. Similiter omnis ultima ligaturae descendentes longa est, nisi fuerit in aliquo corpore figurata, ut hic inferius patebit. # [Page 60v]#




33.

Nunc de primis et ultimis ligaturis videamus sicut ars quod prima ascendens, semper est brevis, nisi a parte dextra tractum habuerit descendens. Similiter omnis ultima ascendens brevis, nisi ponatur super penultimam vel a parte dextra tractum ascendentem similiter descendentem, ut hic.



34.


Item omnis tractus ascendens in prima positione ligatura descendens vel ascendens facit primas esse semibreves. Et omnes mediae sunt breves cuiuscumque sint ligaturae. Ut hic.



35.

Pausa est vocum omissio, seu asperitate (sic)[aspiratio] mensurata per tot corporibus quot fuerit figurata. Unde pausa valet tot tempora quot continet spatia.

Nam si tenet unum, valet unum. Si tenet duo, valet duo. Si tenet tria, valet tria. Si tenet quatuor, immensurabilis est. Sed illa pausa quae tenet dimidium spatium descendendo valet unam semibreve de prolatione qua fuerit. Quid ergo fiet de pausa minimae cum minor pausa non possit inveniri quam dimidii spatii. Dico breviter et hoc tenetur ab omnibus expertis in scientia, quod pausa semibrevis debet descendere inferius a linea. Pausa vero minimae debet ascendere superius a linea, tenens dimidium spatium, ut hic.



36.

Explicit ars perfecta in musica magistri Philippoti de Vitriaco.